UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

62. De pœnis violantium sepulchra, aut corpora vel reliquias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

animas hominum quibuſcunq; vaſis, vel ve-
ſtimentis præferri, hoc obtinere non ſolum in
futuris negotijs, ſed etiã in iudicijs pendentib.

*Iuſtinianus Imperat. in authent. Præterea C. de ſa-
crosanct. Eccleſ. Adijcit alterum caſum, quo vaſa
ſacra Eccleſiæ vendi poſſunt, contrarium facientes
pœnis legitimis ſubiacent.*

CAP. LX.

PRæterea ſi habeat Eccleſia ſuperflua vaſa, cùm debitrix ſit, nec aliunde ſoluere poſſit, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur, integra ea (geſtis habitis coram eo, cuius eſt loci ordinatio) vel alijs locis venerabilibus oblata dentur: cõflata cuilibet alij vendantur, quò magis debitum perſoluatur. Quia autem hęc acceperit contra hanc obſeruationem, eiſdem pœnis ſubiaceat, quæ in rebus immobilibus ſunt proditæ.

*Imperat. Gordianus in l. 1. C. de ſepulchro violato.
Res religioſas effectas, illegitimè contractas, ponetur crimine læſe religionis.*

CAP. LXI.

REs religioni deſtinatas, quinimò iam religionis effectas, ſcientes qui comparauerint, & emere & diſtrahere non dubitauerint, tametſi iure venditio non ſubſiſtat, læſæ tamen religionis inciderunt in crimen.

*Imperator Conſtantinus in l. 4. C. dict. titul. De
pœnis violantium ſepulchra, aut corpora, vel reliquias.*

CAP.

CAP. LXII.

QVI ſepulchra violant, domos (vt ita dixerim) defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare, nam & ſepultos ſpoliant diſtribuendo, & viuos polluunt fabricando. Si quis igitur de ſepulchro abſtulerit ſaxa, vel marmora, vel columnas, aliámue quamcumque materiam fabricandi gratia, ſiue id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur Fiſco inferre, ſiue quis propria ſepulchra defendens, hanc in iudicium querelam detulerit, ſiue quæcunque alius accuſauerit, vel ad officium nunciauerit, quæ pœna Priſcæ ſeueritati accedit. Nihil enim derogatum eſt illi ſupplicio, quod ſepulchrum violantibus videtur impoſitum. Huic autem pœnæ ſubiacebunt, & qui corpora ſepulta aut reliquias contrectauerint: Hæc ille Imperat. Quid igitur dicendum de illlis, qui SS. martyrum ſepulchra, tanta audacia violant?

Impp. Arcadius & Honorius AA. Theodoro præfecto preto habetur in l. Si quis in hoc. C. De Epiſcop. & Clericis, irruens in Eccleſiam & miniſtros, capitali ſententiæ ſubiacet.

CAP. LXIII.

SI quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in Eccleſias Catholicas irruens, ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſi cultui locoq; aliquid importet iniuriæ; quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur, atq; ita prouinciæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN